



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XLIII. Markgraf Ludwig beleihet Friedrich von Garthow mit den durch den
Tod Heinrichs von Garthow erledigten Gütern, am 24. Nov. 1347.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

hochtit, dat dem perrer scedelich moete sin, so scal man se holden na des perrers mote. Oc de desse missen deghelkes holden scal, de scal vtgan na des perreres mote. Queme dat also, dat got nich en wille, dat de mester, de commendur eder perrer des hufes to Werben desse missen nich en helden eder nich en leten holden, dagh bi daghe eweliken, also hi vor bescreuen is, so scullen de vorbenomden ratmanne vor ytlike missen, de deghelikes vorfumet wert, enen sceppel hauerer mach hebben inne to beholdene van dessene vorbenomden pachte —. Dese sin tughe desser ding her coret van krakow ridder, hennig maylic knech, Hermen Hunger, Hans beteke, Conrad boch burghere. Tho ener betthuglinge desser ding so hebbe wi vnse Inggeseghel mit des commendures vnde der conuente Inggeseghelle hir vor benomet an dessen bref ghehengen. Dese bref is ghegheuen na goddes hort dritteynhundirt iar an dem vif vnde verteghesten jare, des fondaghes wan man singhet quasi modo geniti, dat is acte daghe na paschen.

XLII. Graf Günther von Schwarzburg und Marquard von Luterpef entscheiden einen Streit des Ordenshauses Werben mit Gerhard Wolfswinkel über einen Hof zu Wolfswinkel, am 21. März 1346.

Nos Gunterus Comes de swarzeburch et Marquardus de luterpec aduocatus in spandowe tenore presencium publice recognoscimus et testamur, quod litem et controuersiam dudum habitam inter religiosos viros magistrum et fratres sacre domus hosp. s. Joh. iros. in Werben ex vna et gherardum Wulueswinkel parte ex alia super censu annuo vnus solidi nec non super iudicio superiori ac inferiori vnus mansi in campis Wulueswinkel spectantis ad domum werben, adhibito et nobis dato consensu partis vtriusque presentibus pluribus viris discretis composuimus et sedauimus in hunc modum, quod ipse gherardus et sui heredes et sequaces in perpetuum nullam ammodo impetitionem facient super censu et iudicio mansi supra dicti, sed magister et fratres predicti iam dictum mansum cum omni iure et iurisdictione, prout ad ipsos pertinuerat, libere et pacifice perpetue possidebunt. — Datum Werben, anno dom. M^o. CCC^o. XLVI^o, In die beati benedicti.

Orig. in dem Privatbesitz des Herausgebers.

XLIII. Markgraf Ludwig beleihet Friedrich von Garthow mit den durch den Tod Heinrichs von Garthow erledigten Gütern, am 24. Nov. 1347.

— nos Ludovicus, dei gracia brand. et Lusacie marchio — Intuitis et consideratis meritis et fidelibus obsequiis nobis per fridericum de Garthow fidelem nostrum dilectum dudum exhibitis et adhuc semper deinceps exhibendis, contulimus et conferimus per presentes eidem et suis heredibus veris in villis Quernstedt quatuor frusta, in Brunsdorp quatuor frusta, in Holtdorp, Crissow et Ouerland iudicium supremum et infimum, taxata super duo frusta, que quidem bona simul ad decem frusta reddituum annuorum se extendunt et ad nos per obitum sui patris Henrici de Garthow, quondam fidelis nostri dilecti, sunt legitime deuoluta, eo iure, gracia, commodo et honore, quibus dicta bona per paternam seu hereditariam successione ad memoratum Henricum deuoluta fuerant et per eum possessa, in antea perpetuis temporibus pacifice et quiete sine impedimento quolibet possidenda. Volumus quoque dictum fridericum et suos heredes circa castrum Garthow ac

cetera bona, que predicto Henrico pertinebant, per impeodacionem aliorum dominorum protegere, manutenere defendere firmiter quantum possumus et tueri. — Testes sunt strenui viri frid. de Lochen noster capitaneus Hermannus de redern, Vlricus de warmdorph, milites, albertus de aluenflene et Buffo de Redern cum ceteris fide dignis. Datum Tangermund anno dom. M^o. CCC^o. XL septimo, in vigilia beate katherine virginis.

XLIV. Das Kloster Dambek verkauft dem Ordenshause zu Werben seine Hebungen in der Umgegend von Werben, am 11. Nov. 1349.

— nos Enghelbertus, dei gracia prepositus, Adelheydis de fande natione luneburgensis, miseracione diuina Abbatissa, et Elizabeth priorissa eiusdem nationis totumque collegium sanctimonialium in Dambeke — vendidimus et dimisimus pro decem marcis stend. arg. nobis integraliter solutis et in vsu monasterii nostri conuerfis, — fratribus — hospitalis s. Johannis Jerhol. morantibus in Werben censum duorum (talentorum) brand. denar. nouorum in die beati Martini tollendorum, situm extra muros opidi Werben in mansis quibusdam villarum — Clinte, Berghe, Thene, ouerthene, ghyfenflage et Berendorpe, sicut ipsum hucusque possedimus ab illustri principe domino nostro Ottone met den pyle bone memorie Marchione Brand. — Testes sunt — dominus Meynardus canonicus in boyfter quondam prepositus in arnse, dominus gotscalcus plebanus in villa dambeke, dominus Johannes de hauerberghe, dom. arnoldus de brunswich et dom. hincricus de kowelitze sacerdotis et Reynerus thufcher famulus Jacobus probedal, cuius in Werben —. Dat. et act. a. dom. M^o. CCC^o. XLIX^o, in die beati Martini Episcopi.

XLV. Markgraf Ludwig vereignet dem Martin Bötcher zu Werben den Wilden-Hof in Neuenkirchen zur Wendung desselben in geistlichen Besitz, am 18. Nov. 1351.

— nos Ludovicus, dei gr. Marchio Brandenburgensis et Lusacie sacri Rom. Imp. Archicamerarius Comes pal. Reni Bawarie et karinthie dux Tirolis et Goricie Comes — donamus discreti viro Martino dicto Bötiker opidi nostri Werben ciui, fidei nostro dilecto, suisque ueris et legitimis heredibus, precariam, equum pheodalem, decimam, seruicium curruum, supremum iudicium super vno cum dimidio manso in Curia Arnoldi dicti Wilden in supremo iudicio ville Nyenkirchen situato annuatim ad tria frusta et decem et octo denarios brand. annuorum reddituum se extendentia Excluso infimo iudicio et censu, Quos quidem redditus Ermbertus de Rintdorph miles et künik in Strezick fideles nostri — coram nobis beniuole resignarunt, ipsis debite proprietatis tytulo permanenda, Sic tamen quod predictus Martinus prenotatam curiam cum suis redditibus premillis in pios vsus Ecclesiasticos et in diuinum cultum nostro beniuolo consensu mediante conuertere debeat —. — Presentibus nobili viro Vlrico Comite in Lindawe auunculo nostro dilecto nec non strenuis viris friderico, de Lochen Capitaneo nostro in Marchia, Wolfhardo de Satzenhofen curie nostre magistro, Chunrado de vreyberg, Hermanno de Redern, Petro de Breydowe, Johanne de Rochawe militibus, Hempone de Kniespeck, Henrico et Wernhero de Schulenborgh cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in Stendal, Anno dom. M^o. CCC^o. quinquagesimo primo, feria quinta ante festum beate Elizabeth.